



The Wadham Grace

Scholar: Benedictus sit Deus in donis suis.

Warden: Et sanctus in omnibus operibus suis.

Scholar: Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Warden: Qui fecit coelum et terras.

Scholar: Sit nomen Dei benedictum.

Warden: Ex hoc usque in saecula saeculorum.

Scholar: Domine salvam fac Elizabetham Reginam.

Warden: Et exaudi nos cum invocamus te.

Scholar: Domine Deus, vita et resurrectio credentium, qui semper es laudandus, tum in viventibus, tum in defunctis, agimus tibi gratias pro Nicolao Wadhamo Armigero, et pro Dorothea uxore ejus, fundatoribus nostris defunctis, aliisque benefactoribus nostris, quorum beneficiis hic ad pietatem et studium litterarum alimur, rogantes ut nos, his tuis donis recte utentes, una cum illis ad resurrectionem gloriae perducamur, per Jesum Christum Dominum nostrum, Amen.